UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LIIII. Iniuria fit verbo dei/ du[m] in eode[m] sermone/ [a]equale vel lo[n]gius te[m]pus impe[n]ditur veniis q[...] illi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

corā deo, quō erit vera, illa gl'ioſa ſecuritatis promiſſio? Sin
confidit ſufficere, quomō timebit? Infęlix ſit omnis ille ſermo
in ęternū, qui ſecuritatē & fiduciā, ſuadet, in aut ꝑ rem quācūq̨
p̄ter nudā miſericordiā dei, quę Chriſtus eſt, om̄es ſancti non
ſolū timent, ſed etiā de ꝑātes dicūt, Non intres in iudicium
cū ſeruo tuo dn̄e, Et tu eos per literas, ſecuros introducis in iu-
diciū eius. Vnde ego illā fabulā, quā quidā in tam effrenes
mendacij gurgites finxerūt, non veritate penitꝰ vacuā credo,
ſez veniſſe quendā mortuū cū lr̄is veniarꝫ ad infernū, ꝑ caſq̨
petijſſe libertatem, tunc occurriſſe dęmonē, qui legens: inter
manus (p̄ ferro ē ignis) cęrā & papyrū conſūpſit, ſecūq̨ traxit
in profundū,

❡CON: LIII.

Hoſtes Chriſti & Papę ſunt/ qui ꝑpter venias p̄-
dicandas/ verbū dei in aliis eccleſiis penitus ſilere
iubent.

Quia officiū & mens Papę ē, vt ante om̄ia, ſemꝑ & vbiq̨
velit verbum dei p̄dicari, ſicut ſibi p̄ceptū eſſe a Chr̄o nouit,
Quō ergo credendus eſt Chr̄o & ſibijp̄i repugnare? At noſtri
id audent ſicut & omnia.

❡CON: LIIII.

Iniuria fit verbo dei/ dū in eodē ſermone/ ęquale
vel lōgius tēpus impēditur veniis ꝙ illi.

Satis patet ex dignitate Verbi dei, imo ex neceſſitate, cum
verbū veniarꝫ neq̨ ſit neceſſariū, neq̨ multū vtile,

❡CON: LV.

Mēs Papę neceſſario ē/ ꝙ ſi venię (qđ minimū ē)
vna cāpana/ vnis pompis & cęremoniis celebrāt
Euāgeliū (qđ maximū eſt) centū cāpanis/ centum
pōpis/ centū ceremoniis p̄dicetur.

Quia nihil in eccl'ia eſt maiore cura tractandū, ꝙ ſanctum
Euāgeliū, Cū eccl'ia nihil habeat p̄cioſiꝰ & ſalubrius, Vnde &
hoc vnicū eſt opus, qđ diſcipulis ſuis iniūxit, tā repetitis vici-
bus. Et Paulꝰ dicit, ſe non ad baptiſandū, ſed ad euāgeliſandū
miſſum, Deniq̨ Chr̄us p̄cipit ſacramētū Euchariſtię non ce-
lebrari, niſi in ſuā cōmemoratione, Et Paul: i. Cor: xi. Quo-
tieſcūq̨ manducabitis panē hūc & calicē bibetis, mortem dn̄i